ab L. Titio A. f. et T. Allio T. f. Rufo IIviris et ab eis quicum|qu[*e post*]ea in colonia nostra IIvir(i) praefecti sive qui ali magistratús | er[*unt*], omnia in perpetuom ita fieri agi haberi opservarique, utíq(ue) L. Titius | A. [*f. T. A*]llius T. f. Rufus IIvirí ea omnia, quae supra scripta sunt, ex decreto | nos[*tro*] coram proquaestoribus primo quoque tempore per scríbam pu bl[*i*]c[*um i*]n tabulas publicas referenda curent.

Censuere.

Pisis, tabula marmorea rep. a. 1606: recognovit Bormann (XI 1421). Decretum decurionum coloniae Pisanae, quo confirmantur quae d. 2 Apr. a. p. C. 4, cum magistratus in colonia non essent nec iustum decretum fieri posset, egerant de honoribus C. Caesari mortuo habendis. — 1) *Cf. quae leguntur in fastis municipalibus Cuprae Maritimae inventis (IX 5290)* [C. Caesar] Aug. f. dec[essit in Lycia, annum agens XX]II. Romae iustit[ium indictum est]. donec ossa eius in [ma]esol[aeum inferrentur]. — 2) *A. 756/7 (p. C. 3/4).* — 3) *Priore semenstri anni p. C. 4.*

---

141 Pup. Agrippae M. f.

Uliae (hodie Montemayor) prov. Baeticae: descr. Huebner (II 1528). Tituli N. 141. 142 positi sunt Agrippae Postumo nondum ab Augusto adoptato, i. e. ante annum 757 (Pupus Agrippa *dicitur etiam in titulo posito a servo suo a. 747, X 924).*

---

142 M. Agrippae M. f. | Augusti nepoti, | annos nato VII[1], | A. Octavius A. f. Ligus, | M. Genicilius M. f. Sabin. IIvir(i)

Traditur cum N. 135 (XI 3305). — 1) *Agrippa Postumus natus 742 septimum annum explevit a. 749.*

---

143 Agrippa Iulius | Augusti f. divi n. | Caesar[1]

Volceiis (Buccino) in Lucania (X 405 semel descripta ab ignoto auctore saec. XVI, sed accurate). — 1) *Idem qui praecedit, adoptatus ab Augusto (a. p. C. 4), nondum relegatus (a. 7, cf. Dio 55, 32, Suet. Aug. 65, Tac. ann. 1, 5).* — *Num Agrippa Caesar memoretur Henzen 5378, incertum, cf. VI 8820.*

---

144 Ti. Claudio Ti. [*f.*] | Neroni, | patrono, colon[*i*].

Carthagine nova (eph. 3, 33). — *Hispaniam adiit Tiberius adulescens (Suet. Tib. 9), unde explicatur titulorum ei in Hispania illis temporibus positorum frequentia (praeter hanc et N. 146 etiam II 1113. 1529, fortasse etiam 476).*

145

[*Ti. Claudio Ti.*] f. Ti. n. Neroni
[*pontific*]i
. . . . ti optimi
. . . . [*pri*]ncipis
. . . . mani.[1]

Centumcellis (Civitavecchia) (XI 3517). — 1) [*Consilia adiuvan*]ti [*optimi maximique pri*]ncipis, [*custodi imperi Ro*]mani, *vel simile quid in lapide fuisse coniecit Mommsen.*

---

archive.org